Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



est difficilesque fortune sine timore potest despicere casus
Et qui non doctrinarum sed presidiis felicitatis putat
se esse fallatum, labidinis itineribus ambulans non
stabili sed infirma conflictitur vita

Diodorus dyaleticus illustris et socraticus
in grecia claruit. Hic ut scribit Ieronimus
li. j. ad Iouinianum habuit quinque filias dya-
leticas insignes. Quarum una philo nomine car-
meidis in gratia sui pulcherrima scripsit historiam

Polemo philosophus auditor et successor xenocratis
Cum esset prius illecebris deditus casu sco-
las xenocratis ingrediens habitum animi
que mutauit audita illius doctrina mirabili hoc
seriosius habetur supra ubi de xenocrate philosopho actum
est. Claruit autem tempore Onie pontificis iudeorum

Antipater sydonius omni anno die quo
natus fuerat febricitabat tandem ad
ultimam etatem peruenens die natalis
sui illa febre extinctus est

Archephilas philosophus a quo cepit secta acha-
demicorum nouorum habuit amicum pauperem
et egrotum sed utrumque ut assolet pre verecun-
dia dissimulantem. Cum cum archephilas comperisset
iudicauit sine confusione secretius succurrendum
et acceptum pecunie sacculum clam illius pulmo-
nis subiecit illo penitus ignorante ut homo inutilis
verecundus quod desiderabat inueniret potius quam
acciperet. Hic cum aduersus rem publicam lacede-
monorum orta sedicione de nocte comperisset leges